Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Patrem uidit quisquam: nisi is qui a deo est, hic uidit patrem.

inuitam patris oppugnationem. Aug. Si enim inuiti trahimur ad xpm. ergo inuiti credimus. ergo uiolentia adhibetur. non uoluntas excitatur. Sed intrare quis potest ecclesiam potest nolens. credere non potest nisi uolens. Corde enim creditur ad iustitiam. Si ergo inuitus uenit qui trahitur. non credit. Si non credit. non uenit. Non enim ad xpm ambulando currimus. sed credendo. nec motu corporis. sed uoluntate cordis accedimus. Ergo uoluntate trahis. Quid est autem trahi uoluntate. Delectare in domino et dabit tibi petitiones cordis tui. Est quedam uoluptas cordis. cui dulcis est panis ille celestis. Porro si poete dicere licuit. Trahit sua quemque uoluptas. quanto fortius nos dicere debemus trahi hominem ad xpm. qui delectatur ueritate. beatitudine. iustitia. sempiterna uita. quod totum xps est. An uero habent corporis sensus uoluptates suas. et animus deseritur a uoluptatibus suis. Da amantem desiderantem. esurientem. fonti eterne patrie suspirantem. et scit quod dicam. Sed quid uoluit dicere. quem traxerit pater. In trahendi sumus. ab illo trahamur. cum dicat quedam que diligit. Trahe me post te. Sed quid intelligi uoluit aduertamus. trahit pater ad filium eos qui propterea credunt in filium. quia eum cogitant patrem habere deum. Deus enim pater equalem sibi genuit filium. et qui cogitat atque in fide sua sentit ac ruminat equalem esse patri eum in quem credidit. ipsum trahit pater ad filium. Arrius credidit creaturam. non eum traxit pater. Fotinus dicit. homo solus est xps.

Qui sic credit. non eum pater trahit. Traxit petrum qui dixit. Tu es xps filius dei uiui. Uerum ei dominus est. Non tibi reuelauit caro et sanguis. sed pater meus qui in celis est. Ista reuelatio ipsa est attractio. Si enim que inter delicias terrenas reuelantur amantibus trahunt. non trahet reuelatus xps a patre. Quid enim fortius desiderat anima quam ueritatem. Sed hic homines esuriunt. ibi saciabuntur. Et ideo subiecit. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Q. d. Saturabitur eo quod hic sitit in resurrectione mortuorum. quia ego resuscitabo eum. Aug. Ut attrahit pater ad filium. per opera que faciebat per illum. Crisostomus. Non parua dignitas filii si pater adducit. et ipse suscitat. non diuidens ad patrem opera. sed ostendens potestatem ueritatis. Deinde ostendit modum secundum quem pater trahit dicens. Scriptum est in prophetis. et erunt omnes docibiles dei. Uides fidei dignitatem. quoniam non ab hominibus neque per homines. sed ab ipso deo eam debeant addiscere. Magister enim preside omnibus prophetis existens sua tribuere. ad omnes suam doctrinam effundet. Sicut autem erunt omnes docibiles dei. quamuis quidam non credunt. Quia hoc de pluribus dictum est. siue quam omnes qui uolunt. Aug. de predestinatione sanctorum. Uel aliter. Sicut integre loquimur cum de aliquo litterarum magistro qui in ciuitate solus est dicimus. omnes iste hic litteras docet. non quia omnes discant. sed quia nemo nisi ab illo discat. quicumque ibi litteras discit. Ita recte dicimus. omnes deus docet uenire ad xpm. non quia omnes ueniunt. sed quia nemo aliter uenit. Aug. super Iohannem. Uel aliter. Omnes regni illius homines docibiles dei erunt. non ab hominibus audient. Et si hic ab hominibus audiunt. tamen quod intelligunt. intus datur. Strepitum uerborum ingero auribus uestris. nisi reuelet ille qui intus est. Quid ergo o uiri non me potestis agnoscere. Ego pater non docuit. Beda.

de predestinatione sanctorum

super Iohannem.

super Ioh.

Quia non sit intus qui doceat in uanum doctoris lingua laborat